

ad sui, vel alicujus alterius cujuscumque favorem reservare absque expressa, & speciali in singulis casibus nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis licentia in scriptis in singulis casibus ab utraque parte obtinenda.

Insuper exigentes a partibus, vel aliis interesse habentibus, seu agentibus, ac mediatoribus quibuscumque pollicitationes, promissiones, pacta, vel recipientes aliquid sub assertione, quod Judicium, Ministrorum, Officialium, aut Magnatum, seu aliorum quorumcumque operam, auctoritatem, vel officia pretio, vel muneribus, aut promissionibus hujusmodi comparaverint, seu quaesiverint.

Necnon pollicitantes, promittentes, offerentes, ac tradere tentantes, licet pollicitatio, promissio, & oblatio non fuerint acceptate, neque traditio secuta, nullumque habuerint effectum.

Ac etiam illos, qui ex eo, quod gratias, & favores ipsis ob familiaritatem, obsequia, ac servitia propriis Dominis, vel aliis praestita debitos, seu ab ipsis separatos in aliorum cum propria ejusmodi juris vel spei factura commodum, & beneficium transferunt, convertunt, & impendunt, pro gratia, seu justitia pro eis obtinenda, aliquid recipiunt, sub memoratis Constitutionibus contineri, illarumque poenis, & censuris subiectos esse.

Pro actuali vero labore circa expeditionem impetratorum non licere Officialibus, Curialibus, & aliis quibuscumque recipere, nec illis polliceri, promittere, vel cum eis pacisci, nisi mercedem labori convenientem.

Judicibus autem, Officialibus, & Ministris quibuscumque, quibus incumbit expeditio gratiae, vel justitiae, minime permitti quidquam recipere, neque illis polliceri, promittere, vel cum eis pacisci ultra taxas praescriptas, etiam ratione celerioris, aut facillioris expeditionis.

Quin etiam illicitum esse quidquam magnum, vel parvum Judicibus, ac Ministris quibuslibet offerre, promittere, pacisci, seu polliceri, dare, vel ab ipsis recipere mediate, vel immediate, etiam quod eorum animum movere non possit, pro gratia, vel justitia obtinenda.

§.9. Demum supradictarum Constitutionum dispositionem, censuras, & poenas non censei abolitas, vel sublatas ob scientiam, patientiam, seu tolerantiam Romani Pontificis per quemcumque, etiam longissimi temporis cursum, nisi speciali licentia, vel indulto in unoquoque casu a singulis partibus in scriptis particulariter obtinendo fuerint expresse remissa, motu scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore paribus decernimus, statuimus, & declaramus.

Praefataeque Constitutiones, ac censuras, & poenas in eis contentas ad omnes, & singulos casus supra expressos, quatenus opus sit, extendimus, & ampliamus.

§.10. Praeterea easdem Bonifacii, &

Per scientiam, seu patientiam Pontificis h. s. Constit. non detogatur.

Gregorii Praedecessorum Constitutiones per alteram pie mem. Clementis Papae VIII. Praedecessoris pariter nostri, quae incipit, Pro commissa, anno Incarnationis Dominicae 1692. decimo octavo Kalend. Septembris editam ad ceteras ditionis temporalis S. R. E. Civitates, & loca immediate subiecta (praeterquam quoad bona Communitatum) minime extensas fuisse, neque per hanc nostram extendi; sed eos quidem omnino comprehendere qui in aliis locis ejusdem Status Ecclesiastici, & cujusvis alterius partis mundi existentes pollicentur, promittunt, paciscuntur, mittunt, vel dari faciunt per literas, vel mediatores, vel aliter quomodocumque, & qui ab eis recipiunt contra dictarum Constitutionum dispositionem quidquam magnum, vel parvum pro justitia, vel gratia apud Sedem praedictam obtinenda, declaramus pariter, & statuimus.

§.11. Postremo tamen credamus, & speramus in Domino nunquam eventurum, ut aliquis ex Venerabilibus Fratribus nostris Episcopis, Archiepiscopis, Metropolitanis, Primatibus, & Patriarchis, aut in quacumque alia etiam superiori Ecclesiastica, quantumvis sublimi, & speciali nota digna constitutus dignitate in praemissis quoquo modo delinquat; quia tamen diligentiam nostram in removendis ab eadem Curia abusibus, quibuslibet abundare potius, quam in aliquo deficere volumus, etiam Episcopos, Archiepiscopos, Metropolitanos, Primates, ac Patriarchas, ceterosque in quacumque alia etiam praedictis superiori, ac quantumvis sublimi, & speciali nota digna constitutos dignitate, etiam per nostras, & Cancellariae nostrae Apostolicae regulas cautum sit, quod illi in Constitutionibus per Nos editis, & edendis non comprehendantur, nec comprehensi censeantur, nisi in eisdem Constitutionibus facta fuerit ipsorum expressa mentio, in praedictis Constitutionibus, ut praemittitur, declaratis, & extensis, ac in praesenti nostra quoad censuras comprehendendi, motu scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, tenore similibus statuimus.

§.12. Porroxenia solita, esculenta, & poculenta, quae Judicibus, Ministris, & Officialibus Romanae Curiae exhiberi consueverunt, praefatis Praedecessorum nostrorum literis, ac praesentibus nostris minime prohibita fuisse, nec prohiberi decernimus.

§.13. Declarantes per praesentem nostram Constitutionem non censei abrogatam Constitutionem similis recordat. Pii Papae V. etiam Praedecessoris nostri contra ambientes dignitates, & officia jurisdictionis administrationem habentias, eaque pretio, seu promissione procurantes, quae incipit: Etsi Romani, &c. Nonis Decembris anno sexto ejus Pontificatus emanatam: sed illam, ac ceteras ipsius Pii Praedecessoris, & aliorum Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum quorumcumque Constitutiones, Ordinationes, Canones, & Decreta in hac materia, vel circa

Declarat. Constit. Bonifacii, & Clem.

Omnes hac Constit. comprehendit.

Esculenta, & poculenta non includuntur.

Constit. Pii V. & alias in suo robore conservat.

eam hactenus edita, ac nostram, & Cancellariae Apostolicae regulam 67. qua statuimus, ut Officiales Romanae Curiae praedictae nihil exigant ultra debitum, in suo robore remanere.

Decretum irritans.

§.14. Ac decernentes praesentes literas, & in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod praedicti, & alii quilibet, etiam speciali nota, & expressione digni in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, seu causa, propter quas eadem praesentes emanarunt, adducta, verificata, aut justificata ulatenus fuerint, vel ex alia quacumque, quantumvis justa, legitima, juridica, & privilegiata causa, colore, prae-textu, occasione, & capite etiam in corpore juris clauso nullo unquam tempore de subreptione, vel intentionis nostrae, seu interesse habentium, & aliorum quorumcumque consensus defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, limitari ad viam, seu terminos juris reduci, in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illas quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, seu etiam motu simili concessio quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, neque ipsas praesentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus Constitutionum, ac declarationum, & extensionum revocationibus, limitationibus, suspensionibus, & aliis contrariis dispositionibus unquam comprehendi, aut comprehensas censei, sed semper ab illis exceptas, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, & plenarie reintegratas esse, & censei, firmasque, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis praedictis, & aliis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, cujuscumque qualitatis, dignitatis, ordinis, gradus, & conditionis fuerint, perpetuo, inviolabiliter, & inconcusse observari.

§.15. Sicque, & non aliter in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque, Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos, necnon Curiae, & Urbis praefatarum Judices, Officiales, & Ministros, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & futuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.16. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, & quod Cardinales non comprehendantur sub regulis, & constitutionibus editis, & edendis nisi in eisdem facta fuerit ipsorum expressa mentio, ac ceteris nostris, & Cancellariae praefatae regulis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, necnon earundem Urbis, & Curiae, ac illa

Contrariis detogat.

Bull. Rom. Tom. VII. Par. IV.

rum Tribunalium quorumvis, & aliis quibuslibet etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis styli, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, motuum propriorum cedulis, chirographis quorumcumque Romano-Romani Pontificum Praedecessorum nostrorum manu subscriptis, ac Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, & aliis efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu simili, & consistorialiter, ac aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna praesentibus prople-ne, & sufficienter expressis, insertis, & servatis respective habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.17. Ut autem eadem praesentes literae omnibus innotescant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus, ut illae, seu earum exemplum ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, ac Datariae nostrae, & Cancellariae praedictae, necnon in aede Campi Florae de eadem Urbe per aliquem ex Curforibus nostris prout moris est, publicentur, & affigantur, quae sic publicatae, & affixae omnes, & singulos perinde afficiant, ac si illis personaliter intimatae fuissent.

§.18. Quodque illarum transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 2. Maii 1656. Pontificatus nostri Anno II.

Transumptum fides.

Dat. die 5. Maii 1656. An. II.

CL.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, & Regularium, quod Religiosi Congr. Hispaniarum Fratrum Augustinianorum Discalceatorum Reformatorum primo, & secundo consanguinitatis gradibus invicem conjuncti eodem tempore vocem habere nequeant in Capitulo &c.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

O 2 ALE-

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EA quæ pro Religiosorum Ordinum, quorumcumque in Ecclesia Dei ad illius laudem, & gloriam provide, sancteque institutorum felici directione, ac gubernio ab eorum Superioribus in Capitulis generalibus facta, & ordinata fuisse noscuntur, ut firma, & illi facta persistant, libenter cum Nobis petitur Apostolicæ confirmationis robore communimus, prout in Domino confpicimus salubriter expedire.

Supplicatio.

§.1. Cum itaque, sicut dilecti filii Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum Reformatorum nuncupatorum Congregationis Hispaniarum Nobis nuper exponi fecerunt, in eorum, & dictæ Congregationis Capitulo Generali de Anno 1654. celebrato, statutum, decretumque fuerit quod dicti Ordinis, & Congregationis huiusmodi Professores primo, & secundo consanguinitatis gradibus invicem coniuncti vocem eodem tempore in eisdem Capitulis habere minime possint, Decretum vero huiusmodi pro majori illius firmitate, & substantia iidem exponentes, Apost. confirmationis robore communiri summopere desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut super præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmat Decretum citca Fratres Augustin. Reformatos Hispania.

§.2. Nos igitur eisdem exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio decretum prædictum apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique perpetuæ, & inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

Decretum irritans.

§.3. Decernentes decretum prædictum, præsentisque literas valida, firma, & efficacia existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, ad quos pro tempore spectabit inviolabiliter, & inconcussè observari; sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria refellit.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus,

& Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, & Congregationibus huiusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub annulo Piscatoris die 4. Maii 1656. Pontificatus nostri Anno II.

Dat. die 4. Maii 1656. An. II.

CII.

Confirmatio Decreti Regiminis Civitatis Bononiensis cum participatione, & assensu Legati facti, ut in futurum nulli Senatores dictæ Civitatis, qui 20. sue ætatis annum compleverint, & ad ponendum calculum habiles fuerint, ac bis in sua Regione pro electione Vexilliferi iustitiæ suffragium viderint, si ipsos ad munus Vexilliferi huiusmodi eligi contingat, ab eodem munere sese eximere possint.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Regiminis Civitatis nostre Bononiensis quod ipsi rerum experientia, variiisque iustis servitium publicum concernentibus causis adducti, accedente ad id assensu, & auctoritate dilecti filii nostri Joannis Hieronymi tituli Sancti Honuprii Cardinalis Lomellini nuncupati nostre, & Apostolicæ Sedis in eadem Civitate, eisque Comitatu de latere Legati decreverunt, ut in posterum nemo ex Senatoribus dictæ Civitatis, qui vigesimum suæ ætatis annum expleverit, habilisque fuerit ad ponendum calculum, ac bis in sua Regione pro electione Vexilliferi iustitiæ suffragium viderit, ab eisdem Vexilliferi iustitiæ munere quomodocumque electus remanserit, sese eximere valeat, iis tamen exceptis, in quorum Literis Apostolicis in simili forma Brevis super eorumdem deputationibus in Senatores prædictæ Civitatis expeditis continetur prohibitio, aut facultas non obeundi prædictum munus Vexilliferi, nisi post aliquod præfixum eorum ætatis tempus, & alias prout in decreto desuper emanato uberius asseritur contineri.

Supplicatio.

§.2. Cum autem sicut eadem expositio subijungebat dicti exponentes decretum huiusmodi pro firmitate eius substantia, & observatione apostolicæ confirmationis nostre robore communiri summopere desiderant: Nos ipsos exponentes a quibusvis

Decretum regiminis Civitatis cum participatione & assensu Legati.

ex.

excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati Decretum prædictum ab eisdem exponentibus cum participatione, & assensu Joannis Hieronymi Cardinalis Legati prædicti, ut præfertur, factum, apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Decretum irritans.

§.2. Decernentes præsentibus literis semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Civitatis, & Regiminis huiusmodi, etiam juramento, confirmatione, apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 14. Maii 1656. An. II.

Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diocesis sub Annulo Pisc. die 14. Maii 1656. Pontificatus nostri Anno II.

CIII.

Facultas Magni Magistri, & Conventus Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani eligendi Conservatores, qui non sint Iudices Synodales.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Commissi Nobis divinitus supremi Apostolatus Officii ratio postulat, ut Militiarum Regularium contra Christiani nominis hostes operam strenue impendentium paternam curam gerentes illa eis non nunquam favorabiliter concedamus, que

earum utilitatibus conducere in Domino arbitramur.

Supplicatio.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Magnus Magister, & Conventus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, quod post publicationem Constitutionis a felic. recor. Gregorio PP. XV. Prædecessore nostro super electione, & jurisdictione Conservatorum editæ, quæ incipit: Sanctissimus, eidem Hospitali circa suorum privilegiorum, & exemptionum conservationem notabilia damna semper illata fuerunt, quodque habito propterea per dictum Hospitale ad res: me: Urbanum Papa VIII. Prædecessorem patris nostri, necnon ad Congregationem tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum recursum, emanavit ab eadem Congregatione Decretum a prædicto Urbano Prædecessore subinde confirmatum, quo declaratum fuit dictam Constitutionem Gregorii Prædecessoris non afficere memoratum Hospitale, nisi quoad Judices Conservatores. Quapropter videretur factam fuisse differentiam inter Judices Conservatores, & meros Conservatores (quos utrosque, videlicet Judices Conservatores in locis, ubi ipse Hospitalis Tribunalia, & Judices Ordinarii causarum contentiosarum non existunt; Conservatores vero meros pro sola defensione privilegiorum contra injurias, & violentias, ubi Judices Ordinarii huiusmodi reperiuntur, dictum Hospitale habet) præsentum est ab eodem Hospitali vigore dictæ declarationis meros Conservatores huiusmodi in prædicta Gregorii Prædecessoris Constitutione non comprehendi; contrarium asserentibus Episcopis, & aliis, qui privilegiis, & exemptionibus prædicti Hospitalis se opponunt. Unde variæ super diversis eisdem Constitutionis articulis nate fuerunt, & in dies nascuntur controversiæ. Nonnulli siquidem volunt, neque ab Hospitali prædicto, neque ab ullo eius fratre, eligi posse in Conservatores, nisi eos, qui ex Judicibus Synodalibus per Episcopos Locorum respective deputati fuerint, quod præcipue in controversiis circa exemptiones contra ipsos Episcopos exortis dicto Hospitali perinde damnosum est, ac si eisdem Episcopos Judices habere cogeretur; attenda dependentia, & partialitate dictorum Judicum Synodaliū erga Episcopos prædictos, qui eos elegerunt. Præterea ab aliquibus similiter prætenditur Conservatoribus prædictis licitum non esse in favorem dicti Hospitalis, eisque fratrum judicialiter procedere etiam in controversiis, quæ ipsis cum personis secularibus, & quando actores existunt, intercedunt; Unde iidem Fratres forum rei sequi, & coram Judicibus secularibus litigare coguntur, a quibus nunquam, aut raro iustitiæ complementum consequi possunt: cum tamen alias quando Conservatores prædicti vigore quarundam litterarum piæ mem. Sixti Papæ IV. Prædecessoris

foris etiam nostri, per quas, ut dicti exponentes asserunt iisdem Conservatoribus facultas procedendi contra seculares jura Hospitalis hujusmodi occupantes concessa fuit, lites illico magna cum Hospitalis predicti utilitate terminarentur. Ad hæc nonnulli etiam asserunt, dictos Conservatores intra quinquennium continuum a die eorum electionis numerandum ab Officio Conservatoris hujusmodi removeri non posse: quod præjudicium pariter Hospitali prædicto affert, attentis urgentibus mutationum necessariorum occasione, quæ in dies occurrunt. Quare iidem Magn. Magister, & Conventus Nobis humiliter supplicarunt, ut sibi in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Facultatem M. Magist. o.

§. 2. Nos igitur dictos Magnum Magistrum, & Conventum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, quod prædicto Hospitali Sancti Joannis Hierosolymitani, ejusque Fratribus liceat eligere, & deputare in Judices Conservatores personas Ecclesiasticas (non tamen religiosas regulares) habentes qualitates præscriptas in Constitutione similis recordat. Pii Papæ IV. Prædecessoris pariter nostri, quæ incipit. Circumspecta Romani Pontificis providentia &c. sub Datum Romæ Kalendis Julii Anno Incarnationis Dominicæ 1560. emanata, licet in Conciliis Provincialibus, vel Diocesanis juxta decretum Concilii Tridentini, & Constitutionem Gregorii Prædecessoris hujusmodi iudices electi, & designati non sint: quodque semel legitime electi, & deputati, nisi ex legitima causa a Sede Apostolica, aut locorum Ordinariis, prout eisdem fratribus libuerit, approbanda, durante triennio a die deputationis amoveri, aut mutari nullatenus possint, aut valeant Apostolica auctoritate, tenore præsentium decernimus. In reliquis autem in eadem Constitutione Gregorii Prædecessoris dispositis, illam servari mandamus.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes præsentibus Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac dicto Hospitali, ejusque fratribus, & aliis quibusvis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§. 4. Non obstantibus iisdem præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus

Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fides.

§. 5. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum, & gentium tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diocesis, sub Annulo Piscatoris, die 17. Maii 1656. Pontificatus nostri Anno II.

Dat. die 17. Maii 1656. An. II.

CIV.

Statuit, ut Capitula Congregationis Thuscæ, & Lombardiæ Ordinis Cisterciensis, de quinquennio in quinquennium in posterum celebrentur.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Pro commisso Nobis divinitus curæ Pastoralis Officio Congregationum Regularium, in quibus Religiosi viri vota sua Deo reddere satagunt, quieti, & commodis libenter cum a Nobis petitur consilium, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Exordium.

§. 1. Exponi si quidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Procuratores Provincialium Congregat. Thuscæ, & Lombardiæ Ordinis Cisterciensis, quod dilecti pariter filii Definiores ultimi Capituli generalis dicte Congreg. de mense Aprilis 1654. Ferrariæ celebrati mature consideratis gravibus expensis, & incommodis, quæ eadem Congregatio ob frequentem ejus Capitulum de triennio in triennium celebrationem patitur, perpernoque quod a sumptibus faciendis nunquam cessatur, quia primo, & secundo annis celebrationem eorumdem Capitulum immediate sequentibus Præsides, & Visitatores ipsius Congregationis illam visitare consueverunt, præfata Congregationis quieti prospiciendi, illamque ab expensis hujusmodi sublevandi ergo in dicto ultimo Capitulo nemine discrepante determinarunt, ut exponentes prædicti, ad Sedem Apostolicam recurrent supplicaturi, ut celebrationem Capitulum dicte Congregationis de quinquennio in quinquennium, visitationem vero

Supplicatio.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, quod præteritorum Principatus Cathalonie motuum occasione, multa personæ ejusdem Principatus cujusvis conditionis propter violationem jurisdictionis, ac immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ in varias censuras, & pœnas ecclesiasticas incurrerunt.

Supplicatio.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat dictus Philippus Rex eisdem personis, de opportuna absolutionis beneficio per Nos in præmissis provideri plurimum desideret. Nos qui ejusdem Philippi Regis votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Ven. Fratribus Episcopis per memoratum Principatum Cathalonie constitutis, per præsentem committimus, & mandamus, ut ipsi quoscumque Diocesanos suos respective seculares, & regulares utriusque sexus cujusvis status, ordinis, & conditionis fuerint, si illi id ab ipsis respective humiliter petierint, imposita illorum singulis ipsorum Episcoporum arbitrio aliqua penitentia salutari, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, quas inter præteritos Principatus prædicti motus propter violationem jurisdictionis, & immunitatis, ac libertatis ecclesiasticæ (non tamen ratione violationis clausuræ Monasteriorum Monialium, ipsarum Monialium, aut offensionis Presbyteris, vel Clericis illata) quomodolibet incurrerunt in utroque foro, auctoritate nostra apostolica in forma Ecclesiæ consueta absolvant.

Committit Episcopos Cathalonie, ut Diocesanos absolvant a censuris.

Decretum irritans.

Contraria tollit.

Dat. die 17. Maii 1656. An. II.

Ex Regest. in Secret. Brav.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon primodiæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diocesis, sub Annulo Piscatoris, die 18. Maii 1656. Pontificatus nostri Anno II.

CV.

Commisso Episcopis Cathalonie, ut Diocesanos suos absolvant a censuris per eos incurris propter violationem jurisdictionis, ac immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, quod præteritorum Principatus Cathalonie motuum occasione, multa personæ ejusdem Principatus cujusvis conditionis propter violationem jurisdictionis, ac immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ in varias censuras, & pœnas ecclesiasticas incurrerunt.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat dictus Philippus Rex eisdem personis, de opportuna absolutionis beneficio per Nos in præmissis provideri plurimum desideret. Nos qui ejusdem Philippi Regis votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Ven. Fratribus Episcopis per memoratum Principatum Cathalonie constitutis, per præsentem committimus, & mandamus, ut ipsi quoscumque Diocesanos suos respective seculares, & regulares utriusque sexus cujusvis status, ordinis, & conditionis fuerint, si illi id ab ipsis respective humiliter petierint, imposita illorum singulis ipsorum Episcoporum arbitrio aliqua penitentia salutari, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, quas inter præteritos Principatus prædicti motus propter violationem jurisdictionis, & immunitatis, ac libertatis ecclesiasticæ (non tamen ratione violationis clausuræ Monasteriorum Monialium, ipsarum Monialium, aut offensionis Presbyteris, vel Clericis illata) quomodolibet incurrerunt in utroque foro, auctoritate nostra apostolica in forma Ecclesiæ consueta absolvant.

Contraria tollit.

§. 3. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 24. Maii 1656. Pontificatus nostri Anno II.

Dat. die 24. Maii 1656. An. II.

CVI.

Quod Episcopi Italiæ, Insularumque adjacentium ad Synodos peragendas conveniant.

ALEXANDER PAPA VII.

Ven. Frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

Inter cætera, quæ clare, ac plane divinitus Sacrosancti Tridentini Concilii Patres lege sanxerunt, illud profecto cum primis fuit, ut singulos in annos Episcopi Synodos indicerent, haberentque, & suarum

Procurium.

rum Ecclesiarum loca diligenter obirent, ac solcite partes omnes explorarent. Idque non sapienter minus constitutum, quam re, atque usu frugiferum comperitum est, ac salutare. Cum enim eadem fere sit agrorum, animorumque colendorum ratio, nisi hi Episcoporum velut solertium agricolarum opera, industriaque subinde renouentur, exerceanturque, malis moribus, & vitiis tanquam infelicibus herbis, sentibusque squallere necesse est, atque obsolescere.

Recentes pro-
ut in rubric.

§.1. Neque vero aliud quidquam est, quod is quæ recte atque utiliter statuuntur magnam æque auctoritatem asserre possit, & pondus, quam si ea communi simul omnium animo, consilioque decernantur, siue quod grauius, firmiusque videri debet, quod multorum iudicio, consensuque receptum fuit, siue quod caput est, non sine divina quadam approbatione fieri censendum est, quidquid a pluribus rite in Christo convenientibus, ad animarum salutem, disciplinamque in posterum faciendam constituitur. Quod cum optime, ac perditum olim intellectum in Ecclesia fuisset, illud jam usque a primis fere temporibus obtinuit, ac frequentibus deinceps Conciliorum decretis celebratum, fuit, ut semel, atque iterum quotannis Episcopi ad Synodos peragendas convenirent. Ut enim erant in animarum custodia seduli, ac minime conniventes, nihil esse in re tanta nimium, nihil dictum, aut inculcatum satis existimabant.

Motiva huius
Consilii.

§.2. Quod si quantum veteres illi in Sanctissimis legibus, institutisque condendis studiis, atque operæ adhibuerunt, tantum deinde posteris in his retinendis diligentia posuissent, pulcherrimis profecto moribus Christiana res stare, eaque fortasse felicior, ac lætior longe uteremur. Verum his dissolutis, & ad nimiam licentiam incumbens, divino profus consilio factum esse existimandum est, ut his coercendis, adstringendisque antiquissimum Concilia celebrandi, & Episcopalis visitationis institutum Sacrosancta Tridentina Synodus revocaret, quod illud cum per se utilissimum, tum vero Christi ipsius, & Apostolorum exemplis in omni pene vetustate usurpatum esse intelligeret.

§.3. Et sane si pro lege habendum est, ac totis viribus, & imitatione, quod quidem eniti possumus, contendendum eo est, quo Christus Dominus suis factis prævit, ipsemet in Apostolorum Principe Ecclesiam collocaturus, summamque ei potestatem collaturus, nonnullam huius consuetudinis significationem dedit, ac veluti formam quandam, & modum adumbravit. Cum etenim primum suos singillatim Discipulos sententiam, quæque esset de se hominum opinio rogasset, tum Petro hanc Sedem, & celsissimam hanc, quam immeriti tenemus dignitatem, par sane tanta voci, & confessioni præmium, detulit. Ab illo eruditi deinde Apostoli

maximis sepe de rebus, negotiisque non nisi secundum plurium sententiam, consiliumque decreverunt.

§.4. Iidem vero ut successores sui muneris, ac præcipue visitationis admoneant, frequentes legationes, peregrinationesque susceperunt, quæ procul dubio, & eo pertinent, ut hoc Episcopis antiquissimum debere esse demonstrarent, quod unum præ cæteris eorum nomini, officioque conveniret. Gentium autem Magister, ac Doctor non satis habuit, qua per Epistolas, qua suos per Discipulos, quos Christo lucrificerat, identidem adhortari, verum ut aliquando inanes inter ipsos coortas discordias, dissensionisque, componeret, & gravissimum scelus admissum corriperet, mox atque iterum ad eos se venturum esse affirmavit.

§.5. Ne quid vero remisse, aut aliqua cum tepiditate ab ipsis quandoque fieret, qualem se in tot laboribus, atque itineribus præbuerit, suo palam exemplo docuit, nam & se ab omnium sanguine mundum testatus est, non enim subterfugisse, quo minus annunciarer omne consilium Dei, non aurum, non argentum, non ullius vestem concupisse; suas vero sibi manus quæ tolerandæ vitæ opus erant, supeditasse.

§.6. His itaque auctoribus, ac præceptis admoniti, quod quidem a Vobis Venerabiles Fratres egregie, atque accurate fieri certum est, Ecclesiarum, creditarumque ovium curam totis viribus, omnique animorum contentione suscipite, eas diligenter perlustrate, tum singuli, tum una cum aliis simul, earum salutis, atque incolumitati prospicite, solcite hanc unam quærite, hanc unam spectate, pro qua supremus ille Paterfamilias filio suo non pepercit, & cuius a Nobis omnibus severissime rationes exposcet.

§.7. Quod si tempus aliquando fuit, quo omnia intentioribus curis, vigiliisque ab iis agi debeant qui speculatores constituti sunt Domus Israel, hoc profecto est, cum tot malis concussa Christiana Respublica non nisi a placato, reconciliatoque Dei numine tantarum calamitatum finem aliquem sperare, ac medelam potest. Nos sane, qui ex earum cogitatione conspectuque majorem in dies animo dolorem capimus, ad eas sollicitudines, quibus assidue detinemur, huius quoque Urbis visitationem adiecimus, ut quoniam hanc unam Christus Dominus tot amoris significationibus dilexisset visus est ex omnibus, plurimum aliis etiam, quod quidem in Nobis esset, morum sanctitate, cæteroque Dei cultu anteiret.

§.8. Sed, quæ est pietas, ac virtus vestra, neque exemplis, neque hortationibus nostris locum relinquitis; hoc enim persuasissimum vobis esse non dubitamus, nihil frequenti animarum recognitione, Synodorumque celebratione populorum salutis, ac veteri disciplinæ constituendæ, nihil

Commendæ
Episc. animarum
curam.

nihil Catholicorum Principum paci a Deo impetrandæ accommodatius esse, quo intermisso magna in moribus continuo ad omnem improbitatem, ac peccandi licentiam facta est immutatio. Hoc quod a vobis munere ipso, officioque in primis exigitur, quod misere, afflicteque Christianæ Reipublicæ rationes, & discrimina quotidie magis efflagitant, per Christi Nos misericordiam, in cuius ille visceribus plebem suam visitavit, ardentem petimus, & Apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Dat. die 16.
Maii 1656.
An.II.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 26. Maii 1656. Pontificatus nostri anno secundo.

CVII.

Ex Regest. in
Secret. Breve.

Absolvit Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Casaraugustanæ, ob recursus ad Iudices Laicos in causis Rotalibus coram R.P.D. Cerro penden.

Dilecto filio Magistro Carolo Cerro Capellano nostro, & causarum Sacri Palatii Apostolici Auditori.

ALEXANDER PAPA VII.

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

Supplicatio.

§.1. **N**uper pro parte dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum Metropolitanæ Ecclesiæ Casaraugustanæ. Nobis expositum fuit, quod pendens indecisis litibus, & causis in Sacro Rotæ Romanæ Auditorio coram te super distributionibus quotidianis inter ipsos Capitulum, & Canonicos ex una, ac dilectos filios portuarios ejusdem Ecclesiæ partibus ex altera, necnon super nonnullis præsentis præminentis, & antiqua præsentis Cathedralitate inter eosdem exponentes pariter ex una, ac dilectos etiam filios Capitulum, & Canonicos Regulares Collegiata Ecclesiæ B. Mariæ del Pilar nuncupatæ partibus ex altera prætentitur a nonnullis per eosdem exponentes non semel, sed pluries habitos fuisse recursus ad Iudices laicos, quodque iidem exponentes ea de causa, censuris ecclesiasticis innodati, ac etiam, aggravati, & reaggravati ob non partitionem quibusdam literis executorialibus Rotalibus in lite, & causa cum ipsis portuariis, relaxatis, interim Missam, & alia divina Officia, non tamen in contemptum clavium, celebraverint, & Sacramenta Ecclesiastica administraverint, irregularitatem ea propter contrahendo. Quare Nobis iidem exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi de absolutionis beneficio, & opportuna dispensationis gratia in præmissis providere, de benignitate apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur eosdem exponentes Bull. Rom. Tom. VI. Par. IV.

specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium consequendum harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tibi per præsentem committimus, & mandamus, ut veris existentibus narratis, eosdem exponentes, illorumque singulos, si hoc a te humiliter petierint, imposita ipsis, & eorum cuilibet arbitrio tuo aliqua poenitentia salutari, renunciato prius per eosdem exponentes, & eorum singulos quibusvis recuribus ad Iudices laicos per eos seu eorum nomine in litibus, & causis hujusmodi quomodolibet habitis, & factis, ac sine litium, & colligantium hujusmodi præjudicio, ac dummodo ipsi exponentes nullum jus de novo propterea acquirant, a quibusvis censuris, & poenis ecclesiasticis per eos præmissorum occasione, quomodolibet incurris auctoritate nostra apostolica absolvas, & totaliter liberes, dictasque poenas illis, & eorum singulis gratiose remittas, & condones, ac cum eisdem exponentibus, & eorum singulis super irregularitate per eos, quia censuris hujusmodi sic ligati Missam, & alia divina Officia, non tamen in contemptum clavium, celebraverint, ut præfertur, quomodolibet contracta, ita quod illa, & ejusdem præmissis non obstant, si nullum aliud Canonicum obstat impedimentum, servatisque aliis servandis clericali charactere, quo alias rite insigniti fuerint, illiusque privilegiis, ac tam minoribus, quam etiam rite Sacris, & Presbyteratus Ordinibus uti, & in illis etiam in Altaris ministerio ministrare libere, & licite possint, & valeant, ac quilibet eorum possit, & valeat, dicta auctoritate dispenses.

§.3. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 24. Maii 1656. Pont. nostri Anno II.

Contraria tollit.

Dat. die 24.
Maii 1656.
An. II.

CVIII.

Confirmatio assignationis redditus 6000. florenorum per Archiepiscopum Saliburgensem. factæ Capitulo dictæ Ecclesiæ.

Ex Regest. in
Secret. Breve.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Pro commissa Nobis superna dispositione Concilii omnium Ecclesiarum sollicitudine illis, quæ pro majori earumdem Eccle-

Exordium.